



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Indvstria Spiritvalis

Spee, Friedrich von

Coloniæ Agrippinæ, Anno M.DC.XXXIX.

Oratio S. Thomæ Aquinatis

urn:nbn:de:hbz:466:1-43756

remissio, sit delictorū perfecta pur-
gatio, sit turpium cogitationum ef-
fugatio, ac bonorum sensuum rege-
neratio, operumque tibi placentium
salubris efficacia, animæ quoque
& corporis, contra inimicorum
meorum insidias, firmissima tuitio,
Amen.

Oratio S. Thomæ Aquinatis

OMnipotens sempiterne Deus,
ecce accedo ad sacramentum
vnigeniti Filij tui Domini nostri Ie-
su Christi: accedo tamquam infir-
mus ad medicum vitæ, immundus
ad fontem misericordiæ, cæcus ad
lumen claritatis æternæ, pauper &
egenus ad Dominum cæli & terræ.
Rogo ergo immensæ largitatis tuæ
abundantiam, quatenus meā curare
digneris infirmitatem, lauare fœdi-
tatem, illuminare cæcitatem, ditare
paupertatem, vestire nuditatem: vt
panem Angelorum, Regem regum,
Domini

Dominum dominantium, tanta su-
 scipiam reuerentia & humilitate,
 tanta contritione & deuotione, tan-
 ta puritate & fide, tali proposito &
 intentione, sicut expedit saluti ani-
 mæ meæ. Da mihi, quæso, Dominicæ
 corporis & sanguinis non solùm su-
 scipere sacramentum, sed etiam rem
 & virtutem sacramenti. O mitissime
 Deus, da mihi corpus vnigeniti filij
 tui Domini nostri Iesu Christi, quod
 traxit de virgine Maria, sic suscipe-
 re, vt corpori suo mystico merear
 incorporari, & inter eius membra
 connumerari. O amantissime Pater,
 concede mihi dilectum filium tuū,
 quem nunc velatum in via suscipere
 propono, reuelata tandem facie per-
 petuò contemplari: Qui tecum vi-
 uit & regnat in vnitate Spiritus
 sancti Deus, per omnia sæ-
 cula sæculorum,
 Amen.

Ora-